



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Martini Bonacinæ Vtrivsque Signatvræ Referendarii
Compendium Omnim Operum de Theologia Morali,
omnibusque conscientiæ nodis**

Bonacina, Martino

Coloniæ Agrippinæ

Decalogus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41152

I 54

Debitum.

dendum ei id, cuius non fuerat translatum dominium. P
tant & quidam etiam aliud debitum quodvis reddendum
nisi extrema sit debitoris necessitas, in qua et si anteā se red
diturum jurasset, non teneri; intelligebat enim, ni extre
mum premere necessitas.

Si utriusque necessitas extrema sit, 4. dist. 16. q. 2. Richd
alii creditori reddendum censem; contrarium ait Sot l. 4.
7. art. 1. col. 19. cum D' Cajetan Lopez p. 1. c. 13. in fin. Nav
l. 17. n. 60. Tol l. 5. c. 24. n. 8.

Debitum conjugale.

Vide v. *Matrimonium, Votum.*

Decalogus.

Vide v. *Charitas, Fides, Idololatria, Schisma, Spes, Super
sticio.*

Quæres: Quare præcepta Decalogi sint forma negandi
ferè expressa. Resp. Id factum esse tribus de causis: 1. Qui
ea forma valet ad coercendos impios à flagitiis; unde Paul
lus 1 Tim. 1. dicit, legem iusto non esse positam, sed injusta.
2. Quia negatio latius patet, quam affirmatio; ut præceptum
de non habendis diis alienis, quam de uno colendo. Nam
Samaritani præter unum Deum Judæorum colebant deos
suos, ut est in lib. Reg. 3. 3. Quia negatio apertè includit affir
mationem: si enim non habendi sunt dii; ergo unus colen
dus pro Deo; & si committendum furtum non est; ergo de
bemus contenti esse præsentibus, & restituere quod furto fu
stulimus. Similiter sub affirmatione continetur negativum,
ut sub præcepto honorandi parentes, continetur præcep
tum de iisdem non contemnendis. Hoc tamen differunt
negativa ab affirmatis, quod affirmativa quidem obligat
sempre; sed non pro semper, id est, omni tempore; non enim
teneor omni momento temporis honorare parentes: nega
tiva autem obligant semper, nullo enim tempore licet for
nicari, furari, &c. illa omissionis, hæc commissionis peccato
violantur.